


Berg  
164





1883

59.

1

JURIS COMMUNIS

24

Et

ELECTORALIS PALATINI

14

1663

Circa processum Judicarium

*Ex secunda Judicialium parte*

DIFFERENTIÆ PRINCIPES

*Quas*

DIVINA FAVENTE GRATIA;

APPROBANTE

Amplissimo perantiquæ Electoralis Universitatis

Heidelbergensis Senatu Juridico

SUB PATROCINIO

*Magnifici atq; Consultissimi VIRI*

DN. JOH. FRIDERICI BÖCKELMANNI,

Jcti Celeberrimi, Pand. Prof. Ordin. p. t. Facultatis

Decani Spectatissimi, & SERENISSIMO ELECTORI

PALAT. à Consiliis, Promotoris & Fauto-

ris sui sempiternum colendi.

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, PRIVI-

LEGIIS AC INSIGNIIS DOCTORALIBUS RITE

CONSEQUENDIS.

*Publico Eruditorum Examine exhibet*

THEOBALDUS PAULUS KIRCHNERUS,

NEAPOLI-PALATINUS.

*Addiem 19. Novembr. H. L. Q. S.*

HEIDELBERGÆ,

Typis ADRIANI WYNGAERDEN, Academiæ

Typographi, Anno M. DC. LXIII.

8.

ica.

b.



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO

D. CAROLO  
LUDOVICO

D. G. COMITI PALATINO  
AD RHENUM SAC. ROM. IMP. ARCHI-  
THESAUARIO, PRINCIPI  
ELECTORI, BAVARIÆ  
DUCI, &c.

*PIO, FELICI, AUGUSTO.*

Domino suo Clementissimo.



I. N. S S. & I. T.

Processus Juris Communis & Supre-  
mi Electoralis Palatini Dicasterii  
Differentiae Principes.

I.

**I**ure veteri Romano quædam in jure fie-  
bant, quædam in judicio; quæ in jure fiebant,  
apud Prætores aliumve qui jurisdictioni  
præerat peragi dicebantur *Rub. & l. 4. de in-  
terrog. in jure faciend. l. pen ff. de just. & jur.* Quæ apud ju-  
dicem pedaneum fiebant i. e. apud illum disceptator em,  
quem Præter litigatoribus dedit, illa in judicio fieri di-  
cebantur. *l. 15. ff. rem rat. hab. vid. Han. ad Wes. ff. d.  
in jus vocand. Duaren. 1. disp. 1. Wissen ff. de interrog. Lo-  
cus Juris rursus duplex fuit, aliis ordinarius & status  
pro tribunali d. l. ii ff. de just. & jure l. 2. §. 2 ff. quis. ord.  
in poss. serv. Alius momentaneus in plano, sellâ positâ  
sive domi sive in itinere, d. l. 4. ff. de interrog. d. l. ii.  
ibi: ubicunque Prætor jus dicere constituit. l. 18. §. fin.  
ff. de question. Wiss. d. l. Dissent. Hotoman. 1. obs. 22. &  
7. obs. 5. Illud certum est, quod sententiam non potu-  
erit secreto sed debuerit publico loco proferri, l. 6. C. de  
sent. & interloc. vide Marant. Specul. aur. in rub. decisio-*

*Tit. I.  
Wo vnd  
an welchem  
Orth vnser  
Hoffge-  
richt soll ge-  
halten wer-  
den.*

A

ria



( 2 )

*ria jud. part. 6. n. 71. & 72.* Excipiunt Dd. (1.) Episcopum, qui in quovis suæ diæceseos loco judicare potest *c. cum Episcopus 7. de off. ordin. in 6.* (2.) Iudicem Appellationis, Marant. *Ordin. jud. part. 6 n. 81.* quod quam habeat rationem animadvertere se non posse confitetur Umm. *in process jud. Disp. 19. n. 30.* (3.) iudex quoque partium consensu alibi judicare potest Marant. *ibidem n. 79.* (4.) ut & in casu necessitatis. Marant. *d. l. plures Exceptiones vide apud d. Umm. d. l.*

Iure Palatino Heidelbergæ

— — — Cui Myrtilli vescula dona

Monte sub arboſo contribuere notam;

Supremi Dicasterij Palatini tribunal est: *H. B. D. pr. h. 1.* quæ ùm Serenissimorum Electorum Palatinorum sedes & universæ Provinciæ metropolis sit, satis commodè ibidem constitui potuit. Summum Cameræ tribunal Spiræ Nemetum esse, notum est, licet enim ab initio certus locus definitus non fuerit, ubi haberi debeat; *Ord. des KamG. zu Wormbs de anno 1495. S. item das Camergericht soll gehalten werden; nec fixam & constitutam sedem habuerit. O. C. part. 2. tit. 34.* postmodum tamen Spira pro loco Supremi Cameræ judicij electa est, & constitutum ut ibidem permaneret, nec sine scientia & voluntate Imperatoris & statuum aliò transferretur. *R. A. zu Augsp. de anno 1530. S. darzu meinen vnd wollen &c.* In Instrumento tamen pacis ut locus Cameræ mutaretur actum est, sed nihil definitum, & ad proxima comitia anno 1654. habita rejectum, *Inst. pacis S. præterea 20.* in quo constitutum, ut in antiquo tenore juxta *O. C. part. 1. tit. 49.* permaneret *R. A. zu Regensp. 1654. S. de anno 1654. vls auch bey den*

I.

Ius Civile certum Assessorum numerum agnosce-  
re patet ex *l. administrantes rerum 41. §. eorum 2. ff. de* Tit. 2.  
Wie vñ ser  
hoffge  
richt mit  
richtern  
&c.  
*Excus. tut. colleg. Argent. 1. de offic. Ass. Disput 22. th.*  
7. eumque ratione amplitudinis & causarum multitudi-  
nis fuisse determinatum, putat Henr. Giesebr. *in pericul.*  
*statut. art. 4. n. 25.*

Iure Provinciali Iudicium Aulicum vndecim ad  
minimum viris longo rerum usu peritis, ingenij dexte-  
ritate, prudentiâ & eruditione conspicuis corruscare  
debet; quorum unus, & is quidem Comes, Baro vel aliâs  
Equestri prosapia ortus hujus judicij Præsidis officio  
fungitur *h. t.* In Camera pro diversitate tempo-  
rum diversus Assessorum fuit numerus; primò enim or-  
dinati sunt 16. *Ord. des CammerG. zu Wormbs de anno. 1495.*  
*§. zum ersten ibi: vñdt sechzehen vrtheilern.* post iterum octo  
additi sunt *R. A. zu Augspurg de anno. 1530. §. vñdt die weit. ibi;*  
*daß. geschickt e vñdgelährte Doctores &c. inde iterû 8. adjecti*  
*sūt & numerus usque ad 32. deductus est, R. A. zu Augspurg*  
*de anno 1566. §. so setzen; ibi: noch 8. Personen adjungirt. Deniq; 9.*  
*au Etis 41. constituti sunt R. A. zu Speyer de anno 1570. §. dieweil*  
*ibi: daß zu den vorigen 32. Beysitzern noch 9. Beysitzer &c. tandem*  
*numerus ipsorum ad 50. excrevit. Instr. pac. §. præterea*  
*20. Recess. Noviss. de Anno 1654. §. den numerum Asses-*  
*forum &c.*

III.

Iure communi ipse Præsides seu iudex Assessores ju-  
ris ac consuetudinis fori peritos famâ & existimatione  
integrâ *l. liberti 2. ff. de off. Assess. l. studiorum 1. C. de*  
*Assessor. l. hoc Edicto ff. quod quisque jur. sibi adopta-*  
*vit. l. non solum §. similiter ff. de Excus. l. 1. l. 10. C. de As-*  
*sess. idque quandoque per parariorum operam, l. ult. ff.*  
*de proxen.*

Iure Palatino Serenissimi Principes Palatini Assesores eligunt & constituunt h. t. Inter quos 5. Doctoratus vel Licentiatu honorib. insigniti, reliqui 5. vero Equestris dignitatis esse debent. h. t. In Camera ab Imperatore & reliquis Imperii statib. promiscue presentantur Assesores, prout illud in O. C. par. 1. tit. 1. constitutum est; qui Germani, Doctores vel Licentiatu & ad minimum post quinquenni legum studium in praxi probe debent esse versati. O. C. part. 1. tit. 3. §. des gleichens quod tamen correctum Reces. Imp. Noviss. de anno 1654. §. Sintemahl ibi circa finem; auch nicht so stark auf das Studium juridicum quinquennale &c. gesehen werden.

IV.

Tit. 3.  
Wie oft  
und zu was  
zeit vnser  
gemein &c.

Iure Civili longè alio sensu Iudicium dividitur in ordinariu & extraordinariu seu summariu, quam in hac Rubricâ; Illo enim iure Ordinarium iudicium dicitur quo in causarû cognitione proceditur solenni iudiciorû ordine servato l. prolatam & ibi Dd. C. de inter loc. l. res in iudicium 1. & Auth. offeratur. C. de lit. cont. est. Extraordinarium, quod summarie sine legitima & solenni forma de plano procedit §. de ordine Inst. de interd. l. ordo 8. ff. de publi. jud. Clem. sepe 2. de V. S.

Iure statuario Iudicium Aulicum ordinarium dicitur, quod quater singulis annis certis temporibus habetur; Extraordinarium, quod singulis Lunæ diebus singularum septimanarum per universum annum, feriis solum ordinariis exceptis, habetur h. t. §. 1. vers. derwe gen sehen. h. t.

V.

Ad s. was  
aber die  
Endur  
theil h. t.

Iure Romano postquam in causa à partibus conclusum, vel ab ipso iudice partibus in conclusione tergiversantibus causa pro conclusa acceptata est, auth.

jube-





*jubemus C. de judic. gloss. in Clement. sepe de V. S. judex  
sententiam ferre cogitur nec ultra terminum instantiæ  
litem differre potest. l. properandum 13. C. de judic.*

Iure Electorali Palatino Sententiæ definitiæ, ma-  
gni momenti decreta aliaque similia non statim post  
conclusionem in causâ dantur & feruntur, sed usque  
ad ordinarium judicium differri debent, quo demum  
publicantur. *h. G. D. §. 2. h. t.*

VI.

Licet nihil convenientius bono publico sit, quàm  
judicandi munus committi iis, qui legum & juris peri-  
tiâ excellunt §. 1. *Inst. de off. jud. Auth. jubemus C. de judic.*  
attamen jure communi non nihil ab hac regula recessum  
est; constat enim *ex l. 17. C. de judic. l. 6. C. de decur.*  
*lib. 10. viros Armorum magis gloriâ quàm literarum le-*  
*gumq; scientia nobilitatos judicâdi munere fungi pos-*  
*se; Ut Dd. communiter distinguant inter Magistratus*  
*Minores & Majores, in illo peritiam juris præcisè de-*  
*siderant, non etiam in hoc; cum non ipse, sed judex*  
*pedaneus, quem litigantibus dat, judicet; & si ipsimet*  
*est judicandum defectum in eo satis supplet Assessorum*  
*peritia, huc facit. l. 2. quod quisque jur. vide. Bronch.*  
*Cent. 1. Ass. 64. Zoel. ad tit. ff. de jud. n. 25. & ibidem alle-*  
*gat. Coraf. 5. Miscell. c. 19. Hotom. Illust. question. c. 26.*  
*Bachov. ad Treut. disp. 12. th. 6. lit. D.*

*Tit. 40  
Von des  
Hoffrichters vnd  
Hessischer  
Ampt.*

Iure Palatino res extra omnem controversiam po-  
sita est; eo enim æquè judices Majores ac Minores ju-  
ris scientiâ Ordinationisque Palatina cognitione in-  
structi esse debent, *h. G. D. pr. h. t. ibi Unser Hoffrichter soll  
diese unser Hoffgerichts ordnung eigentlich wissen &c.* Hujus enim  
supremi Dicastrii judex, cum a Principe datus sit, pro  
Magistratu & judice Majori habendus *juxta gloss. in*



c. 62. verb. delegatus X. de Appell. In Camera quoque  
judex legum peritus esse debet. ord. Cam. part. 1.  
tit. 3.

VII.

S. wo es

auch 17. h.

t.

Ut Causidici à consueta illa convitiandi prurigi-  
ne, de qua conqueritur *Carpzov. part. 1. c. d. 19. n. 14. &*  
*seqq.* abstineant litesque diminuatur, pax etiã publi-  
ca pariter & quies privata conservetur, quæ per injurias  
maximè solet turbari; non immerito isthæc maledi-  
cendi temeritas severâ poenâ compescitur, quæ quidem  
de jure Civili est infamia *l. quisquis 6 §. 1. C. de postul.* Si  
tamen quis prius ab adversario opprobrijs petatur, ei-  
que falsitas vel alia turpis nota objecta vel imposita fue-  
rit, securè regerere potest, tu mentiris, præmissâ tamen  
protestatione, quod non animo injuriandi, sed cau sâ  
juris sui conservandi hoc dicat. vid. *Berlich. conc. 9. n.*  
*23. & seqq. & ibi alleg. Specul. lib. 1. par. 4 de Advoc.*  
*§. jam nunc. 4. n. 3.*

Foro Palatino poena Procuratorum convitiato-  
rum est arbitraria: *HGD. S. was auch ibi mit gebührender straff*  
*zu verfahren h. t. pro diversitate nimirum facti & circum*  
*stantiarum; quomodo enim pro obtinendo in poenarum*  
*infiictione justo moderamine certa indici poterit poe-*  
*na, ubi circumstantiæ & qualitates facti ac personarum*  
*multum variant, quæ judici subministrabunt, an durius*  
*an remissius in re illa statuere debeat l. Pedius. 4. §. 1. ff.*  
*de incend. ruin. nauif.* In Camera quoque ab injuriosis  
& impertinentibus Recessibus abstinere Procuratores  
iubentur *O. C. part. 1. §. nach dem auch in der ordnung tit. 11.*  
sub gravi poena, quæ nec accipienda nec repetenda à  
Principalibus *Deputat. Recess. de Anno 1600. §. würde*  
*sich auch zu fragen, &c.*

VIII

Jure Justinianæo diversa Notariorum (qui idem sunt ac Secretarii *in tit. C. de primicer. secund. & Notar. lib. 12.* referente ex Lampridio in Alexandrino *in Lexic. jurid. verb. Notarius*) sunt genera; Est enim primò Primicerius Notariorum, dictus veluti in prima cera scriptus; hinc antiquæ illæ loquendi formulæ; in primâ, secundâ in imâ cera. Sueton in Cælare *c. 83. Novissimo testamento tres instituit hæredes Nepotes sororis, &c. & reliquos in imâ cerâ*, ita ut Primicerius in genere sit, qui in aliquo ordine primum locum obtinet; Latini eum Decanum, Galli Doyen vocant Perez. *ad tit. C. de Primicer. secund. lib. 12. n. 1. sic & Primicerius Fabricensium l. 2. C. de Fabricens.* Est itaque Primicerius Notariorum, definiente Perez. *d. l. Secretarius statûs Principis aliisq; Secretariis præpositus (2.)* erat Notariorum Secundicerius *per d. Rub. C. de Primicer. & secund.* quem eundem nostris moribus esse cum Protonotario putat Perez *d. l. (3.)* Erat inferior Notariorum ordo, apud quos quisque modum suæ possessionis, ut vult Perez *d. l. profiteri tenebatur, quò videtur facere l. forma 4. ff. d. Censib. (4.)* Deniq; erant & Secretarii quorum operâ judex in concipiendis actis utebatur, *arg. Rub. C. d. sent. ex peric. recit.* quos, ut vult Berlich. Notarios publicos esse oportet, idque *argum. c. quoniam X. de probat. ubi per publicam personam intelligi vult Notarium; Berlich. par. 1. conc. 8. n. 16. de Secret.* Si tamen publicæ personæ copia haberi nequeat, adhiberi possunt duo viri probi & idonei licet privati ad conscribendum acta, quorum scripta faciunt publicam fidem, *d. c. quoniam. vid. Marant. d. ord. jud. part. 6. de Actor. edit. num. 14. & seq.*

Jure Palatino necessariò non requiritur, ut supremo

Tit. 5.  
Wie unser  
Hoffges  
richt mit  
Secreta-  
rien, &c.

mo Dicasterio à secretis sit Notarius publicus; sed sufficit, eum esse virum eruditione solidâ clarum, rerum experienciâ probatâq; fide perspectum. *H. G. D. pr. h. t. ibi:* mit einem gelährten erfahrenen glaubhafftigen Secretario, &c.

Tit. 6.

Von den  
Advocaten  
und ih-  
rem ampt.

IX.

Ius Iustinianæum non quemvis ad causas perorandum admittit, sed eum demum cujus nomen matriculæ est insertum *Umm. process. jud. disp. 2. n. 34. per l. petitionem 13. C. d. Advoc. 1. l. suggestionem 1. l. de constitutione ult. C. de Advoc. 2.*

Ius Provinciale licet Advocatos in matriculam receptos aliis præferri velit, non tamen planè Extraneos rejicit, sed æque quis jus suum per eos prosequi ac per juratos potest, dummodò omnia supremo huic Dicasterio convenienter & decenter fiant. *H. G. D. pr. h. t. In Camera certus quoque Advocatorum numerus est eorum, qui in matriculam sunt recepti, part. 1. tit. 18. O. C. Licet tamen etiam ipsis litigantibus secum advocatos adducere, qui causam Cameralibus exponant, modò ad instantiam judicis aut partis de calumnia & malitiâ jurare parati sint. O. C. part. 1. tit. 25.*

X.

Quæritur an Iure Civili Advocato incumbat actionem in libello exprimere? Iuris Compilatores in diversas abeunt sententias; affirmat id *l. quâ quis actione agere volet eam edere debet verba sunt leg. 1. ff. de Edend. l. non videtur 33. ff. de jud. ibi, qui edis sibi genus desiderat actionis. l. edita 3. C. de Edend. l. 1. & auth. offeratur C. de litis contest. Negat id Umm. process. jud. disp. 6. n. 53. & ibidem alleg. *Jas. in l. 1. de Edend. n. 44. Gail. 1. obs 61. num. 1. & 9.* Alii distinctione rem expedire conantur; distinguentes; an ex negotio una oriatur actio, an verò plures,*

plures; illo casu actionis expressionem haud necessariam putant, benè tamen hoc; quam distinctionem ut elegantem laudat, *Umm. d. l.*

Iure topico nostro res extra omnem dubitationis aleam posita est; eo enim sufficit actionem ita describere, ut ex circumstantiis constare possit de actionis intentatæ nomine §. vnd sollen die *Advocaten* 1. §. 3. *h. t. ibi:* die *Geschicht* / darauß die *action* und *forderung* entspringt / *re.* & quid interest actionem nomine exprimere, aut eam ita per suas causas & circumstantias depingere, ut omnino certus sis, quæ actio intentetur? cum Iure Provinciali consentit Ius Canonicum *c. dilecti. 6. X. de judiciis.* In Camera idem observatur; ubi sufficit factum breviter & nervosè, &c. describere. *X. Ab. de anno 1654. §. diesem* nechst nun.

## XI.

Iure Civili ubi Iudex à quo Appellationem recepit, §. *In Ap-* Appellantis est, tam in Appellatione factâ à sententiâ *pellation-* definitiva quàm interlocutoriâ intra terminum se judici *sachen 3.* ad quem præsentare, & Appellationis libellum, qui suam *Es wo* intentionem complectatur, porrigere; *Perez. C. d. App.* *aber von* *einem 4.* *h. t.*

Iure Provinciali aliter introducitur Appellatio facta à definitiva, aliter à sententia interlocutoria; hoc casu loco narratorum Instrumentum seu schedula Appellationis repetitur; illo acta primæ instantiæ loco narratorum repetuntur. §. 3. & 4. *h. tit.*

In Camera Appellanti à definitiva ejusve vim habente liberum est, utrum in termino libellandi, (qui *de Recess. Noviss. 1654* est sex mensium §. *So dan soll sich*) acta loco libelli vivâ voce repetere, vel in scriptis libellum exhibere velit. *Deput. Recess. an. 1600. §. So sol auch* vermög der *Ann. 1570. im Reich/re.*

B

In



In Appellatione vero à simplici interlocutoria Instrumentum Appellationis loco libelli repetendum est, paucisque ut bene appellatum malè judicatum esse pronuncietur, petendum, *juxta. O. C. part. 3. tit. 31.* idque repetitum confirmatumque est, *per Recess. Noviss. de An. 1654. §. In Appellationesachen/rc.*

XII.

Clausulas de Jure Civili non esse necessarias, secus de jure provinciali esse, jam deductum in disput. ad *WGD. Diff. 36* Jure Camerali in supplicibus libellis ejusmodi clausulæ salutares non admittuntur *R. Ab. in Speneri de An. 1557. §. Wiewohl den in der Visitation. ibi: daß diese Clausula in den Supplicationen nicht statt haben/rc.*

XIII.

Tit. 7.  
Bon Procuratores  
und ihrem  
Impf.

Jure Communi ad Procuratorem constituendum sufficit verum mandatum mutuo Constituentis & Procuratoris consensu constitutum *l. 1 ff. de procurat.* eoque tum expresso tum tacito, *l. qui tacet ff. de R. I.*

Jure Electorali Palatino solum Domini non sufficit mandatum, sed necessum est, ut prius Procuratores sint à judice & Assessoribus approbati juramentoque obstricti, *pr. h. t.* ita ut licet Principes Comites, &c. sint, per alienos Procuratores tamen lites suas peragere nequeant; sed cogantur alium substituere *§. und im fall. WGD. h. t.* Jure Camerali contrarium constitutum est; ibi enim licet Principibus & Civitatibus per proprios agere procuratores. *CammerGD. zu Wormbs/de Anno 1495. §. Item von Fürsten/Prælaten/rc.*

XIV.

§. Woltten  
den Einer  
h. t.

Jure Justiniano quicumque Prætorianæ vel urbanæ præfecturæ sublime fastigium aliasve dignitates, de quibus loquitur *l. quicumq. 25. C. de procur. meruit,*

fi



si quod ab eo vel infertur jurgium vel refertur, ipse agere non potest, sed alium substituere debet, *d. l. 25. conjunge Nov 71. Auth. hoc jus C. de procur. quod tamen de causa Civili non Criminali intelligendum, l. 3. C. ubi senat.* in hoc enim, cum regulariter Procuratorem non admittat, ipse agere tenetur *d. l. 3.*

Iure Electorali omnes in propriâ causa admittuntur; *S. i. h. t.* ibi: wolte den einer in seiner selbst/er. sachen procuriren und reden/dem soll es hiemit unverbotten sein. Et certè cum defensio juris sit naturalis, *l. 4. ff. de just. & jur.* nemini in judicio se defendere sive per se sive per alium adimi potuit.

XV.

Iure Civili æquè inscriptis ac voce vivâ causas peragi posse secus verò esse jure Palatino, cum disput. ad *WGD. diff. jam observatum sit, hic adducere super sedeo.* *S. Es sollen sich auch 14. h. t.*

XVI.

Iure Justinianæo Mandatum Procuratorium aliud fit ad totam causam aliud in specie tantum ad unum certumque articulum vel terminum judicii; *Rosb. in process. Civil. tit. d Mand. Procur. n. 6.* & licet generale detur mandatum, sunt tamen causæ quæ sub eodem non continentur, sed speciale requirunt *c. 4. in pr. & cap. 5. de Procurat. in 6.* ut est transactio, pactum, restitutio in integrum, *l. 25. ff. de restit. in integ.* & aliæ quas vide apud *Umm. in process. judicial. disp. 3. num. 38.* Si aliqui tamen articuli qui speciale mandatum desiderant, in generali expressi fuerunt, adjectâ generali clausulâ, tunc Procurator etiam ad non expressos admittitur. *c. qui ad agendum 4. de Procurat. in 6.*

*S. Der Procuratoren 15. h. t.*



Iure Palatino Procuratorium ad unum actum dari non potest, sed ad causam universam dari debet; *S. G. D. §. 15. h. t. ibi*: der Procuratorn gewalt soll auch nicht ad unum actum, &c. gestelt werden. In Camera Procurator itidem ad universam causam constitui debet, teste *Christian. Schwannm. process. Cam. lib. 1. c. 42. n. 39.* & ibi alleg. *Mem. visitat. Process. Anno 1575. §.* Item daß Sie schuldig.

## XVII.

§. 20. Wo  
auch ein  
h. t.

Iure Civili Procurator alium ante litem contestatam substituere non potest: quia nondum est effectus litis dominus: nisi habeat de substituendo expressum mandatum; *l. 22. de Proc. Cap. non indiscrete 1. de procur. in 6.* vid. *Marant. in Repet. l. si Actor. ff. de procur. n. 5.* & ibi alleg. *Bart. in l. 1. de Procurat. & Dd. communit. in l. quod quis C. de Procurat.* nam post litem demum contestatam Procurator litis fit Dominus, ita ut Dominus procuratorium magis non possit revocare sine causa, nec ulterius iudicium in se suscipere *l. procuratorib. 22. C. de procurat. d. l. quod quis.* atque tunc Procurator indistinctè alium substituit *d. c. 1. d. Procurat. in 6.*

Iure Provinciali Procurator ex causis prægnantibus & cum supremi Dicasterii veniâ alium Procuratorem substituit, non habito respectu an lis sit contestata nec ne. *§. 20. h. t. ibi*: soll er einen anderen vnsers Hoffgerichts geschwornen Procuratoren, &c. substituiren; & debent ejusmodi substitutiones coram summi hujus judicii Secretario seu Adjuncto fieri. *§. 21. h. t.* & substituens substitutum de omnibus sufficienter tenerur instruere *§. 22. h. t.* In Camera Procuratores alios substituere nequeunt, sine partis vel sui Principalis scientia *Cammer G. D. zu Speyer/ de anno 1533. §. Item als in dieser visitation. ibi.* ohne vorwissen ihrer Parthey nicht macht haben zu substituiren.

## XVIII.



Leges Civiles Pactum Procuratoris de quota litis §. Und cum cliente prohibere tralatitium est, ex l. 5. C. de postu- wo solcher  
land. l. item 15. C. de procurat. ex eo, quod contineat re- 37. b. v.  
demptionem litium legibus exofam. l. 4. §. 1. de alien.  
jud. mut. caus. fact. & quod caufidicis malitiosè & menda-  
ciis litigandi occasionem præbeat, nam

*Tunc immensa cavi spirant mendacia folles.*  
cum quo hætenus consentit jus Palatinum; Verùm ra-  
tione pœnæ Ius commune à Palatino facit divortium;  
illo enim talia pacta ipso jure sunt nulla; hoc verò non  
modò non sunt nulla, sed Procuratores etiam remotio-  
ne ab officio puniuntur. §. 37. b. ibi: vnd darzu die Procurato-  
res mit entsetzung ihres standts.

XIX.

Permittebat olim Ius commune reum propriâ au-  
thoritate in jus vocare; & nisi statim sequeretur, aut  
satisdaret iudicio sisti manu Injectâ vi ducebatur, rapie-  
batur, collo, ut ajunt, obtorto; quod lege 12. tabb. in-  
ductum apparet, cujus tenos est; *si calvitur*, i. e. more-  
tur & frustretur l. 233. ff. de V. S. *pedemq; struit*, i. e. re-  
trorsum eat, licèt Festus in *pedem struit*. putet struere,  
antiquitus idem esse, quòd adjicere, augere: unde indu-  
strius; *manum endo*. i. e. capito. Verùm mos iste, quod  
parum esset humanus, nec sine turba contingeret, juxta  
illud Horat. lib. 1. Sat. 1x.

*\_\_\_\_\_ Rapit in jus, clamor utrinque  
Undeque concursus.*

in usu esse desiit; & cæptum nonnisi iudicis jussu ali-  
quem in jus vocare, in quam rem solent adducere, l. nemi-  
nem 3. C. de exhib. reor. l. pen. C. de bon. auth. jud. poss. l. si  
quis 5. de judic. arg. l. ait. Prætor 10. §. si debet. 16. ff. quæ

Tit. 8.  
Von Ge-  
richtsbote-  
ten; ad p-  
Es sollen  
auch.



*in fraud. cred. l. 1. & tot. tit. C. de priv. Carc.* Et putat Rosbach. *process. Civili de Citat. n. 27. & per ibid. alleg.* Citationis insinuationem per quemlibet fieri posse etiam proprio apparitore posthabito.

Iure Palatino omnes publicâ authoritate in jus vocari debent, factâ Citatione publicâ per Nuncios juratos insinuandâ, qui eam ad ipsius citati manus, si præsens sit, tradere, si verò absens, ad ejus domicilium deferre tenetur. *pr. h. t. quomodo in Camera citationes insinuari debeant. vid. O. C. in Wormbs de Ann. 1495. §. Item es soll sein citation.*

Tit. 9.

Non den  
armen  
Parthes  
gen.

XX.

Ius Civile Romanum Advocatos ad pauperum causas gratis suscipiendas cogit. *arg. l. nec quicquam 9. §. pen. ff. de off. Procons. ubi Dd. tum quod olim ex publico salarium habuerint, l. ult. in fin. pr. C. de in off. testam. tum quod quasi publicum sit officium. Umm. in process. judicial. disp. 2. n. 37. & ibid. alleg.* quis autem dicatur pauper Dd. variant Bart. *in l. qui accusare ff. de accus.* eum putat, qui 50. aureos non habet in bonis; sed rectius sentiunt, qui illud arbitrio judicis relinquunt. Quando autem Procuratores Egenorum causas teneantur suscipere itidem inter Dd. non convenit; Alii putant, si ex publico salarium habeat; Nonnulli indistinctè, licet publico salario non fruatur; Quidam existimant, si se ipsum pauper defendere nequeat, neque conjunctam personam habeat, quæ pro ipso postulet; quæ omnia vide apud d. Umm. *in process. Civil. d. l. & per ea quæ ibidem latè deducit.*

Jus Palatinum rem paulò aliter definit; Nam si quis propter summam egestatem Advocatis mercedem persolvere nequeat, tunc tenetur à judice domicilii testi-  
mo.

monium egestatis suæ exhibere, juramentumque pau-  
 pertatis præstare, § 1. *b. t.* præstitoque juramento iudex  
 pauperum causas inter procuratores æqualiter tenetur  
 distribuere i. e. videre ne unus plus oneris hac in parte  
 ferat quam alt. cui ita vero commissum est, sub pœna re-  
 motionis ab officio id acceptare tenetur §. 2. *b. t.* Salarium  
 autem ipsæ partes pauperes Advocatis persolvere re-  
 nentur, si in causa vicerint vel ad meliorem fortunam  
 reversi fuerint *tit. sequent. 10. in formul. der armen Par-*  
*theyen End.*

In Camera Advocati pauperis quoque & misera-  
 bilis personæ causas agere tenentur. *O. C. part. 1. tit. 19.*  
 §. *ult.* In causa Appellationis, iis, qui paupertatem ju-  
 rarunt, non statim Citatio, sed compulsoriales tantum  
 contra iudicem à quo decernuntur, ad edendum acta;  
 quæ cum exhibitis pauperis gravaminibus à duobus tri-  
 buive Assessoribus antè perleguntur & perfunctoriè  
 examinantur; quo facto si quæ verosimilis litigandi cau-  
 sa apparet citatio decernitur; sin minus, appellationi lo-  
 cus non relinquatur, ne temerè diu inanibus litibus ad-  
 versarium vexet. *O. C. part. 1. tit. 41. in princ. & §. 1.* cogun-  
 tur quoque si ad meliorem pervenerint fortunam vel in  
 causa victores extiterint, omnibus debito modo satis-  
 facere. *O. C. part. 1. tit. 78. sub formula Endt der Armen.*  
 Solet quoque ex ordin. *Camera part. 1. tit. 53.* pœnis  
 pecuniariis, quibus Advocati & Procuratores in Came-  
 ra multari solent, in causis pauperum procedi. *O. C.*  
*dict. loc.*

XXI.

Jure Romano Iudices etiam per Sanctam gloriosam  
 Dei genetricem & semper virginem Mariam, itemq; per  
 Sanctos Archangelos Michaelem Gabrielem verba sunt

*Tit. 10.*  
 Von Eie  
 den unsere  
 Hoffge  
 richtes Per  
 N. sohnen.



N. 8. c. ult. jurabant; quam formulam sacro Codici contrariam, utpote qui per solum Deum jurare mandat *Deut. 10. vers. 20. Jerem. 5. vers. 2. Matth. 5. vers. 33. Hebr. 6. vers. 13.* meritò statuta nostra Palatina explorare, & constituere, ut iudices juramentum ad solum Deum dirigerent. *Hf&D. in formula jurament. Judicis & Assess. ibi: Ein Eyd zu Gott dem Allmächtigen. Cui & adstipulatur Ius Camerale, part. 1. tit. 57. ibi: einen Eyd zu Gott.*

## XXII.

Iudices Iure Civili jurant, se facturos, quod eis visum fuerit melius & justius; exceptis defensoribus Civitatum, qui jurant, omnia se facturos secundum leges & jura *Auth. hodie C. de judic. & ibidem Perez. num. 16.* Exinde creditum est à Dd. comm. sancitum esse ut iudices Majores jurent se secundum æquitatem; Minores verò secundum jus strictum judicatuos; sed error is est DD. ex socordia Irnerii natus *vide Dn. Wissenb. disp. jur. Civil. 2. & in tr. de error. Irner.* Quicquid hujus sit, jure Palatino cautum est ut etiam iudices Majores teneantur jurare se omnia juri scripto, Imperii recessibus, &c. convenienter esse judicatuos: *Hf&D. in form. dict. juram. Hofrichters vnd der Beyfizer / ibi. nach gemeinen beschriebenen Rechten / Quod & in Camera observatur. O C. part. 1. tit. 57. ibi: vnd nach des Reichs gemeinen Rechten / Abschiedt/rc. zu richten.*

## XXIII.

Quod Ius Romanum Antiquum, quo sub initium cuiusque litis à Iudice iurandum, Iure Palatino non observetur, iam observatum est in *disp. ad Hf&D. Diff. 11.* cum Iure Provinciali consentit Camera *part. 1. tit. 57. ibi: Es sollen aber Cammerrichter vnd Beyfizer ein jeder zu vor vnd ehe Er auffgenommen wird/rc.*

## XXIV.

Iure Communi an detur casus pro Amico, *i. e.* An iudex in casibus, in quibus ipsi de jure litigantium non liquet, possit pro amico pronunciare, diversi juris compilatores in diversas abeunt partes; affirmant id alii, nonnulli negant, putant quidam iudicem melius facturum, si à iudicando abstineat, quos allegatos vide apud Henric. Giesebert. *in pericul. statut. art. 4. num. 157. & seqq.*

Iure Provinciali res videtur expedita; eo enim nihil amicitiae & familiaritati in ferendis sententiis tribuendum. *HfGD. in dict. juram. form. in verbo Freundschafft / r.* ideoque nec in casibus dubiis pro Amicis iudicandum; Quò etiam respicere videtur Ius Camerale, quod nimiam familiaritatem inter iudicem vel Assessores & Partes seu Procuratores prohibet *O.C. part. 1. tit. 13. §. Und damit allerley nachredt. ibi. daß weder der Kais. Majest. Cammerichter noch einiger Beysitzer / r. bey ihnen / intellige partes, affinitate Iudici conjunctas §. anteced. im Haus wesentlich / oder in der Kost haben noch halten / oder bey Ihnen an anderen orten zu kost gehen / oder sonst in andere wege / mit ihnen tägliche und argwontige gemeinschafft und familiarität haben / r.* A quo tamen Ius civile (quicquid interpretes disceptent) non alienum videtur: vide Nov. 8. Annon indubio pro reo iudicandum, *l. 47. ff. de O. & A.* Quod si nec hæc ratio sufficiat, res potius dividenda, vide elegant. *l. 1. § 6 ff. de bon. poss. sec. tabb. l. Titius ff. ad SC. Treb. l. 3. ff. si pars hered. pet. C. afferte X. de præsumpt.*

## XXV.

Cautum quidem est legibus Romanis ne quis Iudicum munera capiat *l. plebiscito 18. ff. de off. Præs. quod & prohibitum Iure Canonico cap. statutum 11.*

C

vers.

*vers. insuper. de rescrip. in 6.* excœcant enim sapientis & subvertunt corda justorum; At tamen Xenia accipere non prohibentur, ita tamen ut modum adjiciant i. e. *ἕτερον πᾶσι, ἕτερον πάντοτε, ἕτερον ὅσῳ πάντων*, quod vertit Ulpianus *in l. 6. §. ult. ff. de offic. Procons.* neque omnia neque quovis tempore neque ab omnibus ea accipiant; quod Dd. extendunt ad ea donaria, quæ moribus loci cives invicem vel Nuptialia vel Natalitia & similia convivæ solent liberaliter vel ex necessitate officii tenentur dare. Gieseb. *pericul. stat. art. 4. n. 148.* Neque esculentum potulentumque, quod intra proximos dies prodigatur i. e. consumatur liberaliter oblatum accipere prohibitum *d. l. 18.* quod & permittit Pontifex *dict. ver.* qui præterea Iudici propter causam proficiscenti modicas itineris expensas concedit *dict. vers. insuper.* Iure statutorio neque Xenia neque esculenta & potulenta accipere permittum est, quod clarè evincit formula Juramenti Iudicis & Assessorum, *ib.* *Keinerley gescheneck gab oder nuzung/ nehmen;* Cum quo rursus consentit Camera Imperij O. C. *part. 1. tit. 57. ibi;* *Kein gab gescheneck oder einigen nuzen.*

## XXVI.

Iure Iustinianæo Iudex causas si Civiles sint, intra triennium, si Criminales intra biennium finire tenetur *l. properandum 12. C. de judic.* volunt tamen nonnulli triennale illud tempus esse correctum *per Nou. 112. c. 3.* minus rectè; Nullum certum tempus Iure Patrio litibus decidendis & definiendis præscriptum, sed arbitrium esse ratione causarum & circumstantiarum patet ex formula juramenti jam sæp. alleg. *ibi.* *die sachsen vndt vrtheil böser meinung nicht verstehen.* In Camera *d. l. properandum* non observari, multi magnis experiuntur sumptibus. Moverunt tamen Imperij status in Noviss. Recessu

Recessu Imper. omnem lapidem, quo lites, quantum possibile esset, abbreviarent, *dict. Reces. de Anno 1654.*  
 S. diesem negst nun; ibi wie nemlichen die process. an vnserem Keyserlichen vnd des Heyl. reichs Cammergericht abzukurzen sein möchten. Nec parum promoverunt.

## XXVII.

Iure Communi Antiquo Causarum Patroni sub *der Proc.* cuiusque litis initium iuramentum praestabant, quod *ratores* omni virtute sua omni que ope, quod verum & justum *Eyd.* existimaverint, Clientibus suis inferre curare vellent.  
*l. 14. in §. C. de judic.*

Iure Provinciali iuramentum semel praestitisse sufficit. *Hf. S. D. in form. juram. Procur.* ibi: das Ihr in der Pärtheyen sach die Ihr auf vnde annehmet; quod itidem constitutum Iure Camerali legitur in Iuramento Procuratoris *part. 1. tit. 63.* ibi: daß sie die Pärtheyen / deren sach sie zu handeln annehmen.

## XXVIII.

Iure Communi ad juratoriam Cautionem non *Formula* tantum admittuntur illi, qui fidejussores idoneos invenire non possunt, verum etiam Clarissimi *Iuramen.* *pen. C. de Caut. jud. dign. lib. 12.* A quo videtur facere divortium jus *rat.* nostrum Provinciale, quod tantum in forma Iuramenti Cautionis procuratoriae eorum meminit, qui fidejussores idoneos invenire non possunt *Hf. S. D. sub form. iurament. Caut. jurat.*

## XXIX.

Iuramentum juratoriae Cautionis duo Iure Romano in se continet; primum, ut litigator juret, se fidejussores invenire idoneos, quamvis summa adhibitâ diligentia, nequivisse; secundum, de quibus cavendum erat, ut ea sanctè se facturum, staturumque judicio

cio repromittat, secundum *Wes. in parat. qui satisfac-  
dar. cogunt. n. 10. Zoës. ibidem n. 8. per Nov. 134. c. 9.*

Præter duo illa *Ius nostrum* statutarium requirit  
quoque à jurante tertium, quod sc. bona non habeat,  
quibus cavere possit. *HfGD. In form. juram. Iurat.  
Caut.*

XXX.

Ordnung  
vndt form  
des Juden  
Eyds.

Iure Civili nulla certa *Iudæis* legitur præscripta  
Iuramenti forma; licet ex *cap. movet te. 22. quæst. 1.* non  
n. mo colligi posse putet, ijs jurandum esse secundum  
morem & ritum suum neque minus fidem ipsis haben-  
dam, ac juramento Christianorum, *Theod. Dietrich.  
de jure & stat. Iudæos. cap. de form. & caus. juram. Ju-  
dæor. 6.* In plerisque tamen Christianorum Curiiis cer-  
ta iuramentum præstandi est concepta formula certis  
verbis, ad quæ ordine respondere tenentur; postea  
jubentur imponere dexteram usque ad juncturam in *Le-  
gem Moyfis Exod. 20. ad verba vers. 7.* Hebræa; *Nicht  
erheb den nahmen des Herren deines Gottes unnützlich; dan nicht  
wirdt vnschuldig oder vngestraft lassen der Herr den/ der da erhebe  
seinen nahmen unnützlich.* Impositâ sic in verba ista *Iudæi*  
Iurantis manu, Christianus ei præfatur, cui jurare  
cogitur, verba quædam, quæ singula *Iudæus* distinctè  
eo quo producuntur modo repetere tenetur; quæ  
Iuramenti formula in foro Palatino observatur. vide  
*HfGD. hoc tit. de formul. juram. Judæi.* quam reperi-  
re que licet in *Ordin. Cam. part. prim tit. 86.* De  
Iure Saxonico veteri aliam refert *dict. Theod. Diet-  
rich. dict. loc.* inquit da muß der *Jud* stehen vñ einer Schwel-  
nen Haut, die *Jungen* heit gehabt/ binnen vierzehn Nachten; die Haut  
soll man auffschneiden bey dem rücken/ vndt breiten auff die *stern/  
da soll der Jud* aufstehen baarfuß/ vnd nichts anhaben den ein nieder  
*Kleidt/ vnd ein hârin Tuch* umb sich/ also ist sein recht. Modum  
juran-



jurandi in inferiore Austria recenset ex Gilhausenwehner  
*Obs. Pract. lit. I. verb. Juden.* Cui Speidelius adjungit  
 formulam juramenti Iudaici, quæ observatur in frehem Kai-  
 serlichem Landgericht zu Schwaben. *Notab. Juridic. Histor. Po-  
 lit. verbo. Iud.*

## XXXI.

Iure Iustiniano Iudæus testis esse nequit *l. 21. C.  
 de heret.* quod confirmat jus Canonicum, *in cap. non  
 potest. 24. caus. 2. quest. 7.* rationem dat capitulum *ipsa  
 pietas 24. caus. 23. q. 4.* sicut enim Iudæi in fide Christi  
 sunt suspecti, ita & in testimonio humano dubii habentur:  
 quamvis aliam assignet Umm. *in Process. Disput.  
 16. n. 15.* & hoc non tantum procedere in eo, qui adhuc  
 est Iudæus, vult Mascard. *de prob. volum. 2. conclus.  
 944. n. 3.* sed etiam exemplo inimici reconciliati in  
 Iudæo recens ad fidem converso; hancque communem  
 opinionem asserit Fr. Vivius *verb. testis esse potest Chri-  
 stianus,* Et idem sentit de Iudæo jam dudum ad fidem  
 Christianam converso sed uxorem & filiam ad fidem tra-  
 here negligente. Felin. *in cap. Iudæi num. 1. X. de test.  
 & format id Mascard. volum. 3. conclus. 1356. num. 42.  
 vide Theod. Dietrich. in tractat. de jur. & stat. Iudæor.  
 cop. 7 quatenus Iudæus in jud. poss. esse. test.* Volunt ta-  
 men Nonnulli, Iudæi testimonium contra Christianum  
 valere; si contraria Christiani alicujus asseveratio  
 non existet; quos refellit Theod. Dietrich. *all. loc. circa  
 finem.* Iure Saxonico, *si cum duobus Iudæis unus in super  
 proteste accedat Christianus,* Iudæum testari posse re-  
 fert Theod. Dietrich. *prædict. loc. ex Coler. Decis. 127.  
 n. 3.* Ius Patrium licet certi nihil in hoc articulo de-  
 finiat, tacitè tamen indagare videtur, Iudæi testimo-  
 nium in nonnullis casibus esse recipiendū, *cum in fine*

Tit. 10. HfGD. Iuramenti testis, quod Iudæus præstare cogitur, mentionem faciat; qui enim vult antecedens, vult quoque consequens l. 2. ff. de iurisdic.

XXXII.

Tit. II.

Wer vor  
unser Hof-  
gerichte ge-  
aden.

Iure Canonico ab omni gravamine appellari potest, & per consequens etiam à quacunque interlocutoria c. 12. c. 60. X. de Appell. idque sequi forum Saxonicum testatur Lauterbach ad 1. part. jur. Wirten. ex Carpzov. lib. 3. Resp. 127. num. 3. & part. 1. c. 20. def. 12. putat tamen correctum Ius Canonicum Zoësius ad ff. de Appell. recipiend. per Conc. Trident. Sess. 24. cap. 20. de reform. Iure Civili regulariter à sententia interlocutoria appellari non posse extra dubium est l. 2. C. de Episcop. aud. l. 7. C. quor. app. non recip. nisi damnum irreparabile contineat l. 9. ff. qui satisd. cogant. l. 2. ff. d. Appell recipiend. aut vim habeat definitivæ l. 39. pr. ff. de Minor.

Quod expressè quoque approbatum legitur jure nostro Provinciali. pr. h. t. ibi: Bey urtheilen/ davon die Katholische Rechten zu appelliren gestatten/ vide quoque §. 3. tit. seq. HfGD. Et hanc Iuris Civilis dispositionem, sequitur quoque O. C. part. 2. tit. 29. § Und so von Beyurtheilen/ & part. 2. tit. 28. §. Item als täglich.

XXXIII.

§. Es soll  
aber. i. h. t.

Tempus interponendæ Appellationis Iure Civili Antiquiori erat in propria causa biduum l. qui suspectum 20. § 1. ff. de Appell. l. 1. §. biduum 5 ff. quand. appell. l. vos. § 6. C. de Appell. propria autem causa ea est, cujusemolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, l. 1. § in propria ff. quand. appell. in aliena verò triduum l. 1. §. triduum & § fin ff. quand. appell. l. qui suspectum 20 § 1. ff. de appell. jure novissimo indistinctè tempus Appellandi est decem dierum. Auth. hodie Cod. de Appell. Quod



Quod confirmat Ius nostrum Provinciale. § 3 D.  
 §. 1. h. t. ibi: innerhalb zehn tagen. Appellationem in Ca-  
 mera quoque intra decem dies O. C. part. 2. tit. 28. qui  
 incipiunt à die latæ sententiæ, vel scientiæ, si dominus  
 Procuratorem apud acta non habuit, vel si Procurator  
 appellare neglexit, & solvendo non est, præcisè inter-  
 poni debere, refert *ex Gail. lib. 1. obs. 139. n. 5. & 9. &*  
*ibid. obs. 45. n. 7.* Christian. Schwanm. *in observ. Pract.*  
*Cam. Imper. observ. 176. n. 1.*

## XXXIV.

Differentiam, quæ est inter Ius Civile & Provincia- §. Es soll  
 le ratione summæ appellabilis, vide *in disp. ad § 3 D. aber.*  
*Diff. 63.*

## XXXV.

Tempus introducendæ Appellationis Iure Civili §. Es soll  
 arbitrarium, jure statutorio duos menses esse, ibidem di- auch ein  
 ctum *in Disp. ad § 3 D. diff. 65.* jeder.

## XXXVI.

Iure Civili regulariter eum judicem exequi senten- §. Es soll  
 tiam, qui eandem tulit, non verò Iudicem Appella- auch unser  
 tionis *ex Myns. 3. obs. 68. in prin. refert Umm. in process. 6. h. t.*  
*judic. disput. ult. th. 1. n. 3.* si modò mixtum imperium  
 habeat *l. à Divo 15. ff. de re judic. ubi judicis delegati*  
*sententiam exequitur judex ordinarius, aut Præses Pro-*  
*vinciæ, qui eum dedit, quia talis nullam habet jurisdic-*  
*tionem l. 5. ff. de re judic. l. 2. & 3. C. de execut. rei judic.*

Iure Patrio si Appellans tempus introducendæ  
 Appellationis neglexerit, tunc judex Appellationis &  
 Assessores, parte petente, sententiam licet à iudice infe-  
 riori latam executioni mandare possunt, ac si ab ipso Iu-  
 dice Aulico lata & data fuisset §. 6. h. t. ut scilicet par-  
 catur ulteriori labori ac sumptibus.

## XXXVII.

ult. h. r.

A Iure Communi, quod Appellationes gradatim fieri vult *l. 21. d. Appell. l. 1. §. si quis eod.* discrepare Ius Electorale Palatinum jam deductum *Disp. ad B & D. diff. 62.* Consentit tamen hac in parte Ius Camerale cum Iure Civili, ubi gradatim quoque Appellationes faciendas esse constitutum est, *part. 2. tit. 28. O. C.*

XXXVIII.

Tit 12.

In was

achen

nicht/ re.

. Item

o von ei

ter Bey

urtheil/ 3.

. r.

. Item

on Freve

en/ büßen/

o. h. r.

Differentiam, quæ promanat ex hoc § inter Ius Canonicum & Palatinum attigi *sup. in Diff. 31.* ubi dixi, Iure Canonum ab omni posse appellari gravamine.

XXXIX.

Appellatio regulariter Iure Civili interponi potest, tam in Criminalibus quàm Civilibus causis. *l. 6. §. 3. l. 29. l. 30. C. de Appell. l. 6. C. de Episcop. audient. humanitatis sc. ratione;* ut ubi de hominis vita & salute agitur, diligentius judiciorum causa examinetur; cùm fieri possit, ut per errorem, gratiam vel inimicitias cognitionis iustitia opprimatur *d. l. 29. C. de Appell.* Si tamen delictum sit confessum, vel reus argumentis & testibus convictus & superatus, tunc Appellans non auditur *l. 2. C. quor. Appell. non recip.* quod illud statim puniri propter atrocitatem interfit, *l. constitutiones 16. ff. de Appell.* cuiusmodi est ex Constitutione Constantini *d. l. 2. C. quor. Appell. non recip.* homicidium, veneficium, adulterium, &c.

In Constitutionibus Palatinatûs Provincialibus in Criminalibus Appellatio permessa non est *h. §.* ne scilicet pœnarum Executio per Appellationem diutius differatur, atque ita Reis fugiendi occasio suppeditetur; Et hanc consuetudinem plerisque in Germaniæ locis (licet in Gallia aliter) observari, testatur Wesenb. *in parat. de Appell. recipiend. vel non. num. 3.* Cum Iure  
Pro-

Provinciali consentit supremum Camerae judicium.  
O. C. part. 2. tit. 28. S. Item nach dem auch dem alten. R. N. zu  
Augsburg de anno 1530. S. dan als jetzt etliche zeit her.

XL.

Iure Communi à multa provocare & appellare in-  
terdictum non est, l. 244. vers. at multa provocatio est.  
de V. S. l. & in multis 25. C. de Appellat.

In quo iterum divortium facit Ius Statutarium,  
quo à multis appellare interdictum est; h. S. ibi: Von  
Frevelen / Büßen / etc. soll auch keinem zu appelliren gestattet werden.  
Contrarium observari in Iudicio Camerali refert ex  
Mynsing. Lauterbach / ad part. 1. Landrecht Württemberg. Disp.  
1. th. 83. quo videtur facere S. Item nach dem auch. O. C.  
part. 2. tit. 28.

XLI.

Iure Civili regulariter omnibus à quocunque ju-  
dice superiorem recognoscente appellare licitum, de  
Iure verò statuario prohibitum esse jam observatum  
est in Disp. ad B. & D. Diff. 64.

Tit. 13.  
Von sa-  
chen so  
durch re-  
mission.

XLII.

Iure Provinciali si Vasallus à Feudo vi dejectus  
spoliatusve fuerit, neque Dominum neque Pares Curiae  
judices habet, sed Iudex Aulicus cum Assessoribus  
ea dere cognoscunt ut videtur S. i. h. t.

Tit. 14.  
Von des  
hen sachen  
oder so des  
hengüter /  
etc. ad S. Es  
wehre dan.

Quod videtur non nihil à jure Feudali deflectere;  
Nam aut dejecit Dominus Vasallum & tunc judicant  
Pares Curiae. cap. si contentio apud quem vel quos con-  
trov. 1. F. 18. cap. Imperialem S. 2. vers. praeterea 2. Feud.  
55. cap. similiter Dominum. de contro. Feud. apud. 2. F. 10.  
aut dejecit Vasallus convasallum, iique vel sunt Capi-  
tanei, & tunc Imperator est Iudex Competens, per dict.  
cap. si conventio 1. Feud. 18. aut sunt Vasalli Minores

D seu



seu Valvasores, & tunc Dominus Feudi seu Senior causam decidit. *d. c. Imperialem §. 2. vers. præterea 2. Feud. 55.* aut deturbavit Vasallum Extraneus, & tunc cogitur deturbantis Iudicem Vasallus adire, juxta tritam regulam; Actor Rei forum sequitur *l. 2. C. de jurisdic. omn. judic. vide cap. Fridericus §. 2. vers. quod si, de pace tenent. 2. Feud. 27.*

## XLIII.

Tit. 15.  
Non auß-  
bringung  
der Ladung.

Novissima Iure Civili aliquem citandi formula præscripta est à Iustiniano Imperatore *in Nov. 53. 96. & 112.* ubi primùm Actor libellum apud acta deponit, quem Apparitor deinde Reo offert; qui ex adverso libelli, se eum tali die accepisse, subscribit, *Nov. 53. c. 3. ibi: & subscribere misso libello, & §. 2. ibi: subscribere libello, qui appellatur, Responsionis; & declarare etiam tempus, quo ipsi libellus datus est.* Postmodum promittit de iudicio fisci dato fidejussore, solvitque sportulas pro Citatione: Nam has solas dat Reus; *dict. Nov. 53. c. 3. §. 2. ibi, & sportulis secundùm sacram Constitutionem præbitis;* fidejussore non invento jurat de iudicio fisci. Eandem Cautionem præstat Actor Reo, de contestanda lite intra duos menses, sub pœna dupli ob damnum Sportularum *Nov. 96. c. 1.*

Iure Palatino non Actoris libellus seu supplicatio pro decernendis processibus Reo citando statim offertur, sed Citatio sub nomine Serenissimi Electoris conscribitur, quæ causas & argumenta, cui Reus in jus vocetur, ex Supplicatione desumpta continens Apparitori jurato insinuanda committitur, *§. 1. h. t. & pr. tit. 8. Hof & D. ibi: es sollen alle Ladungsbrieff durch geschworne Boten Exequirt werden.* Nec Sportulas seu Impensas Citationis Reus sed actor solvere cogitur.

Quo:

Quomodo in Camera Imperiali Citationes concedi, & à quibus quomodoque eadem etiam insinuari debeant, vide O.C. zu Wormbs de anno 1495. §. Item / es soll sein Citation &. §. Item / die geschworne Botten; Quomodo Electores & Principes, &c. in Imperii Camera citandi sint, vide Kaiserl. Landtsfried zu Augspurg de anno 1548. §. vnd ob Jemandt. O.C. part. 2. tit. 10.

XLIV.

Iure Communi Citationes auctoritate & commissione Iudicis ordinarii fieri; affirmat Emeric. à Rosbach. process. civil. de Citation. num. 24. per cap. Pastoralis. §. nos quoq; Regis ordinarius de sent. & re judic. in Clement. & ibidem alleg. vel etiam arbitri, in causâ Compromissi l. non distinguemus 32. §. si dominus 18. l. quid tamen 21. §. ult. ff. de recept. qui arb. aut delegati; qui, ut ei credatur, tenetur tenorem seu exemplar suæ Commissionis Citationi inserere, cap. cum in jure 31. de offic. delegat. spemque de Authentico exhibendo, quando comparuerit, reo citato facere. §. Vnd sollen die Ladungen 3. h. t.

Iure Topico omnes Citationes sub nomine & auctoritate Serenissimorum Electorum Palatinorum concipi & edi debent §. 3. h. t. In Camera licet regulariter solus Camerae iudex Citationes decernere possit, Assessores tamen in commodum litigatorum ab ipso Iudice Camerae ad hoc constituti, eo vel absente vel tempore feriarum, Citationes quoque decernere possunt. O.C. zu Augspurg de Anno 1500. §. Item als die ordnung / ic.

XLV.

Iure Civili Citatio alia est simplex seu dilatoria, §. Es solt alia peremptoria; l. 60. & seqq. ff. de judic. Illa non ante contumacem constituit, quàm si tertio facta sit; hæc ita perimit Simples Citationes, ut cum quis in jus vo-



catus est, die præfinitâ non venerit, contumacem constituat, *d. l. 60 & seqq.* Et jure Veteri & Novo Codicis singulas Citationes decem dierum spatio distingui sufficiebat, *l. 69 ff. de judic. & l. 13. §. 2. C. eod. tit.* jure tamen novissimo triginta dierum intervallum singulis Citationum Edictis necessarium est. *Nov. 112. c. 3.*

Iure Provinciali nullus Citationum simplicium seu dilatoriarum usus, verùm omnes peremptoriè concipi debent, *§. 4. h. t. ibi: Es sollen auch die Citationes vnd Ladung allewegen peremptoriè, &c.*

## XLVI.

Iure Communi Citatio vel ad totam fit causam vel ad unicum actum judicarium, *Emer. à Rosb. in process. Civil. de Citat. n. 26. & 31. vide ibidem allegat.* imò non modò in singulis causis, verùm etiam singulis causarum actibus, partibus & terminis eum, de cujus interesse agitur citandum putat idem Rosbach. *dict. loc. per l. de unoquoque 47. ff. de re judic. l. nam ita Divus. ff. de Adoptioni.*

Iure Palatino citandus non ad unum judicii actum, sed ad totam causam citari & evocari debet. *§. 4. h. t.* Ex stylo Camerae Imperialis Citationes regulariter quoque ad totam causam fieri, ita ut partes ab initio ad totam causam & singulos ejusdem actus citentur, & postea non amplius, ne quidem ad audiendam sententiam, testatur *dict. Rosbach. d. et. loc. per alleg. ibidem.*

## XLVII.

Intervallum, quod inter Citationes intercedit, *§. Es soll auch in dē Ladungen h. t.* Iure Antiquo & Codicis Novo, decem, jure verò Novissimo triginta esse dies, Iure autem Palatino arbitrium; jam animadversum est, *in Disput. ad BGD. D. ff. r. 2 m.*

## XLI X.



Si quis Iure Communi non vult procedere in causa, sed tergiversetur, tunc habendus est proconfesso, modò sit de hoc prius per iudicem admonitus *cap. si post. 2. de confess. in 6. ubi per Dd.* potestque Iudex nonnullas dilationes secundum personarum & negotiorum qualitatem, atque locorum distantiam ipsemet concedere, ut notatur in gloss. *cap. cum sit Romana. de Appell. & facit gloss. ult. cap. non debet fin. de test.* Iure Palatino certi termini ad agendum & procedendum ipso jure sunt constituti; in causis enim per universum annum semper de sex septimanis usque ad alios sex agi & litigari debet; quod tempus in certos terminos seu dilationes per *Drd. des Hofes. hoc & seqq. tit. distributum & distinctum est.*

Tit. 16.  
Wie die  
Partheyen  
auff ange-  
setzten-  
terminen  
etc.

XLIX.

Ius Civile permittere singulatim exceptiones proponere, ita ut si unâ cadas non impediaris uti alterâ; Iure verò Palatino eas simul proponi necessum esse observatum est *Disput. ad B. G. D. Diff. 40.*

Tit. 18.  
Was auff  
den zweyten  
terminen  
etc.

L.

Iure Communi exceptio Incompetentiæ quocunque litis tempore imò etiam post sententiam opponi potest secundum *Dd. Rosbach. de Exception. dilator. num. 20. ubi citatum vide Vant. de nullit.* Unde pro cautela tradunt, ut Reus litigans in foro Incompetenti hanc exceptionem non nisi post sententiam opponat, & ita processum totum nullum reddat; *vide dict. Rosb. dict. loc.* Quod tamen mihi non satis tutum videtur, siquidem Iudicis incompetentis jurisdictio tacite prorogata censerit potest. Iure Patrio omnes exceptiones tam declinatoriæ quàm dilatoriæ duplicatæ in Secundo



termino proponidebent; *pr. h. t. ibi*; gebührende *exceptiones* sie seyen *declinatoriae* oder *dilatoriae* &c. vs diesen termin einbringen.

L I.

Im fall Er aber mündlich. Exceptio, quâ Judex ut suspectus removetur, in scriptis opponenda, & in continenti intra triduum eligendi arbitri, causaque suspicionibus, testibus vel juramento probanda, quam communem esse Dd. opinionem *in l. apertissimi & l. fin. C. de Judic. & in cap. Suspicionis X. de offic. delegat.* dicit Rosbach. *dict. loc. num. 25.* Jure Canonico requiritur præterea, ut causæ recusationis in specie libello recusatorio inferantur & coram arbitris electis probentur; *per text. in cap. cum speciali 61. & cap. secundo requiris 41. X de Appellat.* Id communi judiciorum uti observari. refert. *dict. Rosbach. dict. loc. num. 26. ex Gail. lib. 1. observ. 33. num. 14. cum seqq.* Jure statutorio exceptiones declinatoriæ vel dilatoriæ non solum scriptis sed etiam ore proponuntur. *per §. 1. h. t. ibi*, im fall Er aber mündlich dargegen repliciren wolt.

L II.

§. die weil auch man fang/3. h. t. Jure Romano non bonis sed fidejussoribus, Jure Provinciali verò etiam bonis satisfdari posse, observatum *in Disp. ad V. G. D. Diff. 33.*

L III.

Tit. 19. Was auf den dritten termin soll gehädelt ic. Differentias, quæ sunt circa Juramentum Calumniæ inter Ius Civile & Provinciale, vide collectas *Disput. ad V. G. D. Diff. 38. & 39.*

L IV.

Tit. 20. Was auff posse V. G. nego narrata ut narrantur & probata uti den vierten probantur; Jure verò Patrio per verba; Glaub wahr oder nicht



nicht wahr sine ulla adjecta clausula & in primis sine verbis  
( uti narrata wie gesezet ) responderi debere, notatum Ibi-  
dem *dict. disput. Different. 40.*

LV.

Tempus Dilationum probatoriarum quæ ad alle-  
gatorum & Exceptionum probationem dantur pro pro-  
bandorum qualitate & loci, unde probatio petenda est  
distantiâ, ex arbitrio Iudicis de Iure Civili, quidẽ depende-  
bat; Id tamẽ lex nova Iustinianæa aliquo modo posteamo-  
derata est; ut si ex eadẽ Provincia, qualis agitur sint produ-  
cendi testes aut instrumẽta non amplius spatium quàm triũ  
mensium iudulgeatur; Si ex aliena, non ultra sex, si ex ul-  
tramarina non ultra novem. *l. 1. C. de dilatio.* Hoc mode-  
ramen Juri nostro Palatino esse incognitum, patet ex §. 1.  
*h. t. ibi: soll Ihme durch vnser Hoffrichter vnd Besizer / ein  
geraumer termin ad probandum* angesetzt vnd bestimpt werden.

LVI.

Citationem testium non necessariò de Iure Civili ab  
ipso iudice fieri debere, sed sufficere, ut pars producens  
denunciet testibus, secus autem esse de Iure Palatino  
jam notatum in *Disput. ad B. G. D. Diff. 44.*

LVII.

Iure Canonico Testes monendos tantum & per  
suadendos esse, ne veritati desint, neque cogendos ali-  
ter, quàm si inopia probationum urgeat, & gratiâ, vel  
odio, vel metu adversæ partis à ferendo testimonio ab-  
sterreantur vult, Umre in *Disputat. ad process. 16. num.  
41. per Cujacium ad tit. X. de testib. cogendis. propter  
cap. 1. cap. 4. c. 5. c. 9. & ult. de testib. cog.* Iure Civi-  
li indistinctè testes ad testimonium dicendum cogi pos-  
sunt *l. pen. 6. de testib. Nov. 90.* Excipiuntur tamen pa-  
rentes & liberi, qui ne quidem volentes adversum se

ad

*termin. soll  
gehandelt  
2c. S was  
dan die re-  
sponsiones  
Ec: 4.*

*Tit. 21.  
Was auf  
des termin  
S. vndt wẽ  
durch den  
kläger oder  
antwortt  
i. h. t. !*

*§. der oder  
dies. l. benz.  
h. t.*

*§. Es soll  
auch der  
zeig 4. h. t.*



ad testimonium admittendi *l. parentes 6. C. de test. ne* scilicet causa pietatis contaminetur, cujus vinculum potius inter illas personas est stabiliendum.

Cum quo convenit Ius Palatinum quod itidem indistinctè testibus invitis testimonium imponit. §. 5. *h. t. ibi*, es soll auch der zeuge &c. mit ernst darzu gehalten vndt gezwungen werden.

## LVIII.

Ius Commune varia suppeditat remedia, quibus testes ad dicendum testimonium coguntur; puta pignorum captione, mulctæ indictione *arg. l. 1. §. 3. ff. de vent. inspic. censura Ecclesiasticâ, cap. ult. X. de testib cogend.* Jure Palatino nullum certum remedium quo testium contumacia coercetur est definitum, sed id arbitrio ludicis est relictum *dict. §. 5. h. t.*

## LIX.

Jure Civili Juramentum quartæ dilationis duo continet; primum quod nec jurans nec alius ejus nomine de positiones seu testificata testium didicerit; secundum, quod nec per dolum nec per machinationem vel artem quartam productionem testium petat, *Auh. & qui semel C. de testib.* Jure Provinciali additur tertium; scilicet, quòd eos testes, quos audiri petit, antè producens ignoraverit; *In formul. Juram. quartæ dilationis h. t.* Camerae ferè cum Jure statutorio convenit; vide *O. C. part. 3. tit. 16. §. was aber & Deputations- abscheid Anno 1600. nisi quod hodie per Imperii Recessû Novissimû de Anno 1654. §. den punctum probationum* betressent in secundâ dilatione opus sit causæ cognitione, & quòd quartæ dilationis solennitate sputa juramentum quartæ dilationis, ut & reliqua quartæ dilationis propria; Tertiæ sint applicata, *dict. Recess. Imp.*

LX.

Jure Communi Instrumenta solenniter in judicio s. *Un d*  
exhiberi & produci etiam post publicationem attesta- *mögen so*  
tionum usque ad conclusionem in causa possunt *cap. che 17. h.*  
*cum dilectus. X. de fide Instrum.* quia nulla falsitatis hinc  
suspicio timetur, quod secus est in testibus.

Jure Palatino produci quidem etiam instrumenta  
possunt usque ad conclusionem in causa, verum tunc  
producens tenetur præstare juramentum §. 17. h. t. ibi;  
daß Er solche brieff nicht gefährlicher weiß/ oder seinen widertheil dar,  
durch in weiteren Kosten zusiehren / Hinderhalten habe.

LXI.

An publicatio testium sit de substantia Processus; *Tit. 22.*  
Dd. in diversas discedunt partes; alij affirmant, quidam *Was auff*  
negant; quos vide apud Umm. *Disput. 16. ad process. den sechs e*  
*jud. diret et. num. 92. Marant. de Ord. n. jud. de process. termin. 20.*  
*public. num. 15. & seqq. & Emericus à Rosbach.* asserit,  
communiter placuisse, publicationem testium potius de  
justitia quam de Substantia esse Processus, ita ut ob  
omissionem ejus judicium & sententia non reddatur  
nulla; *in process. Civil. de publicat. test. num. 5.*

Jure Provinciali Publicationem testium de sub-  
stantia Processus esse probat *hic tit. pr. ibi;* per verò.  
sollen.

LXII.

Jure Communi inter Dd. non convenit, an Judex *Tit. 24.*  
ex officio juramentum suppletorium propter inopiam *s. Im fall*  
probationis deferre possit, an verò necessum sit, ut à li- *auch Geo*  
tigantibus petatur, quos allegat Rosbach, *in Processu mant 4.*  
*Civil. de Jurament. Necessar. num 3.*

Jure Statutario res decisa est; per §. 4. h. t. ibi mag  
unser Hoffrichter vnd Beyfizer in supplementum probationis sol  
chem ein End dargegen zu erstatten auferlegen.



## LXIII.

§. Doch  
wo unser  
Hoffrich  
ter 13. h. t.

Iure Communi sententia ex defectu Processus lata nulla est: veluti, si lata sit non observatâ formâ vel Processus solennitatibus; *Emer. à Rosbach. in Process. Civil. de Nullit. sent. num. 20. & allegat. ibidem.*

Iure Patrio licet Forma Processus per omnia observata non fuerit, si modò parti per sententiâ irreparabile damnum illatum non sit, & merita causæ nihilominus ex actis primæ Instantiæ percipi possint, sententia lata tenet. §. 13. h. t.

## LXIV.

Tit. 25.  
Was auff  
den Reum  
den / r.

Iure Civili Conclusionem in causa non esse de substantia Processus secus verò de Iure Provinciali, jam observatum in *Disput. ad B. & D. Diff. 24.*

## LXV.

Tit. 26.  
Wie wie  
er die auß  
reibende /  
c.

Ut cognoscatur quæ sint discrepantiæ inter Processum Contumaciæ Iuris Civilis & Palatini, paucis utrumque delineare conabor; Iure Palatino aliter proceditur, In causa primæ Instantiæ, aliter in Appellationis, itidem aliter contra contumacem Actorem aliter contra Reum; Actor in prima Instantia vel ante litem contestatam fit contumax, & tunc aut nunquam comparuit, & post accusatam & declaratam contumaciam effluxosque tres primos Iuridicos Reus refusis expensis absolvi petit; §. Dan wo der Kläger 1. h. t. aut comparuit: & tunc Reus vel prædicto modo ab accusatione absolvitur, vel litem contestans suam innocentiam probat §. Wo aber der Kläger 2. h. t. Aut Actor fit contumax post litem contestatam; & tunc ad Rei Instantiam, Judex in contumaciam procedit, & pro ratione iuris aut pro Actore vel contra pronunciat §. Würde dan der Kläger 3. h. t.

ita

ita tamen ut ubique pars contumax impensas refundere teneatur §. Doch soll 4. & §. erschien aber 10. *h. t.*

Si Reus sit Contumax, tunc declarata prius contumaciâ post tres primos juridicos Actori duo remedia præstò sunt; aut enim immisionem bonorum ex primo Decreto, aut ut admittatur ad liquidationem causæ, petere potest. §. Da aber der Beklagte 5. *h. t.* Hoc uti si velit, Reo Contumace declarato tribusque proximis Audientiæ diebus elapsis, ad Actoris instantiam pro contestata acceptatur, ipseque ad probationes usque ad sententiam definitivam admittitur. §. Wann dan 6. *h. t.* Si verò Immisionem in bona contumacis petat, tunc immittitur aut ex primo Decreto, ad quod Contumax citari debet, ad videndum fieri immisionem cum clausula justificatoria, & tunc eo non comparente, aut comparente quidem sed contumaciam non justificante vel satisfadante immissio procedit §. 13. *h. t.* & si Contumax post immisionem compareat refusisque impensis iudicio sisti, satisfdet, Immissio relaxatur §. danun 14. *h. t.* Si verò non, tunc immissio ex secundo decreto petita conceditur, & Contumax rursus ad videndum fieri immisionem ex secundo Decreto, evocatur §. Da aber solches 15. *h. t.* Quòd si adhuc emanat neque priorem Contumaciam non solùm impensarum refusione verùm etiam pœnæ arbitrariæ per iudicem dictatæ præstatione, purget, tunc Actor rursus Contumaciam Rei accusans realem ex Secundo Decreto immisionem impetrat. §. Da dan der Kläger 16. *h. t.* & ita in reali actione proceditur; in personali tantùm pro quantitate debiti in bona Contumacis immittitur §. im fall aber 17. *h. t.* mandataque pro Executione ad Praefectos, ubi bona sita sunt, conceduntur. Da Er dan 19. *h. t.* & si in alieno territorio sint

sita bona, tunc juxta Privilegium hujus ordinationis Epilogo annexum proceditur. Et ita in prima Instantiâ; In secunda si Appellans Contumax sit, tunc proceditur ut in prima § 7. *h. t.* Nisi Appellatus Appellationis beneficio uti velit, tunc enim formalia Appellationis deducens, si nihil novi proponere velit, in uno termino concludit, si novi quid alleget, tunc ut de Actore dictum, in causa procedet. §. Wolte Er aber 8. *h. t.* Si Appellatus sit contumax, eo, quo jam dictum est modo, itidem contra eum proceditur. §. Wo aber der Appellat. *h. t.*

Quomodo Iure Civili contra Contumacem procedatur, cum passim apud Iuris Compilatores sit obvium, & ex l. 13. §. 2. & 3. C. de qua. Nov. 112. adde l. 73. §. 1. ff. de judic. l. 76. ff. eod. colligi possit, hic enarrare super sededo.

## LXVI.

Tit. 29. &  
30.

Cum Titulus præsens ut & sequens Privilegium Serenissimis Electoribus & Principibus Palatinis de non appellando concessum contineat, sui que naturâ à Iure Communi recedat, majorem que tractatum requirat, misso eo merito ad alia transeo.

## LXVII.

Tit. 27.  
Von Tax  
ation  
und Maß  
sigung der  
Gerichts  
st.

A Iure Communi, quo expensæ litium non habent definitam taxam sed ab ipso iudice regulariter primùm æstimantur, deinde à parte victrice Iureiurando, ut ajunt, Expensarum demonstrantur l. 15. cum Auth. sequenti. post Iusjurandum C. de Iudic. Nov. 82. Cap. 10. recederet us Provinciale, quo partim certam taxationem habent partim iudicis moderamini committuntur observatum est, in Disp. ad B. G. D. Diff. 67.

## LXVIII.



Iure Communi Iudicibus Ordinariis nihil salarii nomine datur, ob prærogativam dignitatis, cum illad ex publico accipiant; Iudicibus verò Pedaneis præter duas libras auri, quas annuatim ex publico percipiunt, à partibus dantur lite contestatà aurei duo, & eâ finitâ, alii duo sportularum nomine, dummodò causa centum aureos excedat, alioquin nihil ipsis præstatur *Nov 82. c. 9. add. 12. C. de proxim. Sacr. servi. lib. 12.* Executo-ribus quoque litium certum sportularum modum Iusti- nianus definivit, quem si excedant poenâ quadrupli pu- niuntur, *in S. tripli Inst. de Act.* Modum autem, ut ex Theophilo refert Perez *in C. ad tit. de Sport. & sumpt. num. 4.* definivit pro modo petitæ quantitatis i. e. in centenos aureos dimidium, & consequenter in ducen- tos, unum, &c.

Ius Provinciale Majoribus quoque Iudicibus ut & Apparitionibus certum Sportularum præscripsit mo- dum, qui in hoc titulo exprimitur.

LXIX.

Jure Civili sententias alium judicem exsequi alium Jure Palatino observatum *in Disput. ad B & D. Diff. 58.*

LXX.

In realibus Actionibus statim de Jure Civili fieri s. Und executionem in rem adjudicatam, in personalibus au- tem post rem judicatam quadrimestre spatium conde- mnatis concedi itidem notatum *in d. et. Disp. Diff. 59.*

LXXI.

Plures in hoc titulo referuntur casus, quibus arre- statio privata habet locum, quos Jus Civile ignorat.

LXXII.

Alia Feriarum tempora esse Jure Civili determina- ta, alia Jure Palatino jam notatum *in Disp. ad B & D. Diff. 3.*

F I N I S.

Tit. 32.  
Taxa und  
belonung  
der Canzler  
ley.

Tit. 34.  
Von exe-  
cution und  
vollstreck-  
ung etc.

Tit. 35.  
Von Ar-  
rest und  
Ennmer

Tit. 37.  
Von Va-  
cansen  
und Ferie

*Fr. Boetzelmann de experientia seu*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



ULB Halle 3  
003 619 079




f

Sb.

VD 77







1883

59.

24

14

1663

**JURIS COMMUNIS**  
Et  
**ELECTORALIS PALA-**  
**TINI**

Circa processum Judicarium  
*Ex secunda Judicialium parte*  
**DIFFERENTIÆ PRINCIPES**

*Quas*  
**DIVINA FAVENTE GRATIA;**  
**APPROBANTE**  
Amplissimo perantiquæ Electoralis Universitatis  
Heidelbergensis Senatu Juridico  
**SUB PATROCINIO**

*Magnifici atq; Consultissimi VIRI*  
**DN. JOH. FRIDERICI BÖCKELMANNI,**  
Jcti Celeberrimi, Pand. Prof. Ordin. p. t. Facultatis  
Decani Spectatissimi, & SERENISSIMO ELECTORI  
PALAT. à Consiliis, Promotoris & Fauto-  
ris sui sempiternum colendi.

**PRO**  
**SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, PRIVI-**  
**LEGIIS AC INSIGNIIS DOCTORALIBUS RITE**  
**CONSEQUENDIS.**

*Publico Eruditorum Examine exhibet*  
**THEOBALDUS PAULUS KIRCHNERUS,**  
NEAPOLI-PALATINUS.

*Ad diem 19. Novembr. H. L. Q. S.*

**HEIDELBERGÆ,**

*Typis* **ADRIANI WYNGAERDEN, Academiæ**  
**Typographi, Anno M. DC. LXIII.**

8.

